

COMPENDIUM seu Index AD CONSULTATIONES CANONICAS

D. JACOBI PIGNATELLI,
IN QUO OMNIA, QUÆ AB EODEM DISPERSIM
per Decem Tomos dicta sunt, studio & labore

ABB. CARMINI THOMÆ PASCUCCI
J. U. D. AC SACERDOTIS FREQUENTINEN.
Ordine Alphabetico summatim per Materiae disposita, atque nonnullis Additionibus locupletata, facile reperiuntur.

OPUS NON TANTUM JUDICIBUS ET CURIALIBUS,
sed etiam Parochis & Parochianis, aliisque Ecclesiasticis Personis tum Seculari-
bus tum Regularibus valde utile; necnon Theologis, Canonistis, ac Moralistis,
cunctisque in utroque Foro versantibus, apprime necessarium.

P A R S P R I M A.

Cel Colegio de
la Compa de Iesu
de Salamanca, y de su libreria

En dono Nro 11º D. Crispin
nuestro de Salamanca Archie
quez Burgos



VENETIIS, M. DCCXVI.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.





ABB. CARM. THOMAS PASCUCCIUS, Discreto Lectori.



Dicitur Præclarissimi mei Amici suasionem omnes Consultationes Canonicas in decem Tomis dispersim, & in confuso à Reverendo Domino Jacobo Pignatello coacervatas, in hoc unico Compendio Alphabetico ordine coagulavi, non aliundè motus, nisi, ut tu, sicut & alii, hisce necessariissimis Sacrarum Congregationum resolutionibus, respositionibus, & decretis, ac Sacrae Romanæ Rotæ decisionibus ad manus habere posses; In hoc enim unico tomo omnia à Domino Authore compilata, vel quoad substantiam, vel de verbo ad verbum, præcipue necessaria, facillimè invenies. Nec mirare, si in fine cuiuslibet argumenti, aut quæsiti, vel opportuniiori loco inter Consultationes, adnotatur aliquando, non solum unicus tomus, & Consultatio, sed sæpè plures; Nam primus correspondet ad quæsitum, de quo agitur, in aliis verò Consultationibus, & tomis citatis vel adest similis quæstio, vel aliquod apprimè necessarium ad eandem materiam attinens. Illas verò Consultationes, quas Dominus Pignatellus, licet ejusdem ponderis, & valoris, in diversis tamen tomis replicavit, addidit, vel ampliavit &c. in calce ejusdem Consultationis, quæ primò occurrit, agglutinavi, ut commodiùs reperires; Imò hic labor, hoc opus, quod maxi-
mi faciendum est. Reperies insuper argumenta duplicata, ac reduplicata, sub diversis tamen tractatibus: quia, cùm ea sint quasi miscellanea, & plures materias attingentes, pernecessè duxi diversis in locis, ad quos pertinere possent, illa adnotare, ut vel unum, vel aliud legentium oculis occurrat. Prætereà ad demon-
strandum aliquas Additiones à me subnexas, hoc signum [.....] apposui. Advertendum insuper, quòd cùm dico: Vide, verb. gr. de Baptismo Consult. 15. tom. 6. intelligo tibi indicare tractatum, sub quo talem materiam apposui in hoc Libro, & Tomum, Consultationemque Domini Pignatelli, ubi de ea re tractavit, demon-
strare. Si igitur opus non evenit, ut tu desiderares, accidit ta-
men,



COMPENDIUM. seu Index AD CONSULTATIONES CANONICAS D. JACOBI PIGNATELLI.

DE ABBATE.

An Abbas Regularis non benedictus possit suis Subditis Ordines conferre? Tom. 1. Consult. 364.

AFFIRMATIVE, quatenus habeat privilegium. Ita censuit Sacr. Congreg. Concil. in una Panormitana 16. Martii 1647. ad cap. 10. seqq. 23. de reform.

Insuper Tom. 4. Consult. 158. habentur, quod de jure communii non possint per text. in cap. contingas de etat. & qualit. & cap. 1. de suffrag. neglig. Prel. Glos. & Canonica communiter. At ex privilegio possunt, ut ex privilegio Eugenii IV. Congreg. Castrensi. Julii II. Congreg. Vallisumbrosie, à quo ad alias Abbates sunt communicata.

An Ordines minores per hujusmodi Abbaterem collati sint invalidi? Tom. 1. Consult. 365.

REIP. Abbatem habentem privilegium non posse conferre primari consursum, & Ordines minores, nisi suis subditis Regularibus, non autem aliis. Sacr. Congreg. Concil. in eisdem Panormitanis 16. Martii 1647. Et Tom. 4. Consult. 158. Anoc. pariter negavit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. quest. 7. Quaranta in summa. Bull. 5. ordo. vers. Abbatis. Bonac. ac alii. De licetia tamen, & cum Dimissoriis Ordinacionum, & iurorum superiorum posse. Tambut. num. 4. de jure. Abp. disj. quest. 3. in princ. tom. 2.

An i. Abbas conferentes Ordines minores non subditas in loco extenso, in Diocesi Episcopi, possit ab eodem Episcopo picare? Tom. 1. Consult. 367.

REIP. posse puniri juxta prescriptum Sacr. Congr. Concil. in d. Panormitana eadem die 16. Martii 1647. In etiam decisum ab eadem Sacr. Congr. 15. Novemb. 1641. indecendo decisioni Rota Rom. sub die 27. April. 1582. cotam Seraph. de ordine Clem. VIII. facta, centur. improbata opinione contraria, Abbates regulares Benedictinos cupiunt cumque Congregationis, vel Ordinis, aut Instituti, habentes iure Episcopalia, usurpare Ministr. & Baculi, & benedicendi, Compend. Pignatelli. Pars I.

ac facultatem priorem tonsuram, & minores tonsiles conferendi, non posse dictam tonsuram, vel minores ordines, nisi suis subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Congregationis, Ordinis, aut Instituti. Et etiam si habeant litteras dimissorias superiorum suorum Regularium, & consensum Ordinariorum. Et multò minus personis secularibus, etiam habentibus litteras dimissorias a suis Ordinariis. Ac propterea inhibet omnibus Ordinariis, ne maleant in futurum dictas litteras concedere, & Abbatis ne recipiant. Quod si fecerit, tam concedentes, quam ordinantes à collatione ordinum fulgens remaneant, praeter alias penas eidem Sac. Congreg. reservatas. Quam declarationem Urb. VIII. die 17. Jan. 1642. approbavit.

Et vide Tom. 4. Consult. 158. ubi habentur, quod hodie nullo modo huiusmodi Abbates excusari possunt ob decremum Sac. Congreg. Concil. publicatum sub die 23. Novembr. 1641. Nec obstat declaratio adducta à Fagi. & Tambut. quia loquitur de Abbatis benedictis, non autem de nobis benedictis.

Ordinariis autem (sequitur in d. l. To.) potest non impunis suspensions: quia supponit talis ordinatio essentialet nulla; unde non sunt suspendebi ab ordinibus nonquam suscepiti; sunt autem pro excessiva qualitate arbitrio Judicis puniendi.

Nec obstat, quod aliquando Sac. Congreg. facto verbo cum Sancigliano rehabilitaverit ejusmodi promotos, absque reiteratione ordinacionis: quia tunc non erat receptura contraria opinio, & per consequentia Ecclesia extendendo privilegium, supplebat iuris fictioem.

Hodie vero eadem est ratio de Abbatis regularibus, ac de Prelatis secularibus, qui non sunt Episcopi consecrati; si enim non sunt consecrati Episcopi, & confertur ordines, eniam minores, ordinatio nulla est, quolibet privilegio non obstat.

Idem est de Dimissoriis ex Tt. 1. seq. 23. cap. 10. & resolvit Sac. Congreg. in una Nullius 1598. & in una Gratianen. 26. Aug. 1616.

Ritus die 4. April. 1627. eadem Sac. Congreg. Concil. censuit, ordinarios ab Abbate titulari Montis Regalis in Sicilia, tam seculares, quam Regulares, esse licetum ordinandos: quia ordines fuerint nulliter collati ex defectu potestiarum, tam reipublica ordinariae sacrorum, quam minorum.

Et die 5. April. 1636. quod Abbas, finito officio, non potest